

PIVSPAPAV.

Ad perpetuam rei Memo-
riam.



OMANVS Pontifex ad ea libente intendere consueuit, per quæ quarumlibet Ciuitatum, primum Almæ Vrbis proprij videlicet Domicilij, nedum utilitates, sed etiam salubritates quibusuis sermonis obstaculis procurentur, cunctorumque Christi fidelium, in ea egrotantium infirmitates fidekiter, & optimè, vt decet curentur Ianè accepimus nuper dilectos filios Prothomedicum, & Collegium Physicorum eiusdem Vrbis Officio Visitationis Pharmacorum, & Aromarum, quæ in officinis Aromatariorum ipsius Vrbis periuntur sibi ipsis à Dilecto filio nostro Marco-Antonio Tituli S. Marcelli Presbytero Cardinali dictorum Collegij Protectore, & Venerabili Fratre Hieronymo Melchiorio Episcopo Maceraten nomine nostro inuncto funtos fuisse, multaque Pharmaea, & aromata inutilia, & mala adinuenisse, atque ob id Consules p̄dictorum Aromatariorum, ut pñæ quæ partim Cameræ Apostolicæ partim Hospitali Aromatariorum, partim Collegio Physico-

A

rum



rum prædicatorum iuxta quædam Capitula à B. Mem:
Ioanne Sanctorum Cosmi, & Damiani Diacono Cardi-
nali de Saluiatis nuncupato tunc in humanis agente modi-
ficata, & declarata ac demum à felic: recordat: Cle-
mentis Papæ VII. prædecessore nostro approbata necnon
iuxta quoddam rescriptum motu proprio, & manu piæ
mem. Pauli Papæ IV. etiam prædecessoris nostri signatum
per solui deberent, taxarentur, vocasse ipsos autem Consu-
les nūquā comparuisse. Nos igitur considerantes
quantum interdit Ciuitati nostræ pro illius Ciuium, &
Incolarum salute, & vita optima Pharmaca in illa teneri;
Præmissis opportunum, & salutiferum remedium adhibere
volentes, ac ipsos Prothomedicu, & Collegium, co-
rumque singulos a quibusvis excommunicationis, su-
spensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs,
censuris, & pænis ab Iure, vel ab homine, quavis occa-
sione, vel causa lati siquibus quomodolibet innondati
existunt ad effectum duntaxat presentium consequen. ha-
rum serie absoluente, & absolutos fore censemtes, nec-
non prædicatorum Capitulorum, ac rescriptorum, tam à
Clemente, quam Paulo Prædecessoribus huiusmodi de-
super concessorum, & inde secutorum quorūcumque
tenores præsentibus pro expressis habentes motu proprio,
non ad Prothomedici, & Collegij prædicatorum aut alicu-
ius illorum, vel cuiusvis alterius super hoc oblatæ nobis
petitionis Instantiam, sed ex certa scientia, & mera deli-
beratione nostra ipsa Capitula, & rescripta, ac omnia,
& singula in eis contenta, saluis tamen in premissis infra-
dicen. à prædicta authoritate Tenore præsentium perpe-
tuò approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, &
inuiolabilis firmitatis robur adiçimus, omnesque, & sin-
gulos



gulos Iuris, & facti defectus si qui forsan interuenient in
eisdem supplemus, necnon quæ deinceps perpetuis futu-
ris temporibus omni mora, dilatione, & subterfugio ces-
santibus, & quibusvis litibus, seu controversijs pror-
fus semotis penæ infligendæ Aromatarijs eiusdem Vr-
bis ob Pharmaca, & Aromata in eorum Apothecis ab
eisdem Prothomedico, & Collegio præteritis mensibus
visitatis, vetustate, aut alia qualitate minus bona re-
perta, & quæ in futurum in visitationibus per ipsum
Prothomedicum, & Collegium faciendis reperientur
Iuxta formam ipsorum Capitulorum, & rescriptorum
à Prothomedico, & eis Consiliarijs ex una, & à Con-
sulibus prædictis ex altera partibus taxentur, & si ipsi
Consules, aut eorum aliqui ad id vocati non conuene-
rint ipsa taxatio fiat ab ipsis Prothomedico, & Consi-
liarijs cum interuentu presidentium eiusdem Cameræ si-
ne ipsis Consulibus, & penæ sicut taxatae exigantur à Pro-
curatore nostro Fiscali, vel ab eo deputato in Tribuna-
li Causarum Curiæ Apostolicæ generalis Auditoris, &
exactæ applicentur pro quarta parte Collegio prædicto
ad effectum substinendi expensas, & onera, quæ Pro-
thomedicus, & Collegium huiusmodi in Visitatione
prædicta subeunt, & etiam soluendi salarium Notario
publico eorumdem, & deputato, quos secum eos ha-
bere necesse est, ac reliquæ partes Ecclesiarum S. Lauren-
tij artis ipsorum Aromatariorum. Præterea, ut omnes
Aromatarij prædicti antiquas apothecas aperiant exami-
ni Medicorum Collegij huiusmodi, ac Consulum Aro-
matariorum circa intelligentiam, & idoneitatem artis
Aromatariæ, & se se subiçere, & ab illis examinari de-
bent, quodque hi omnes, qui in ipso examine ido-

nei reperti fuerint , & quorum facultates suppeditabunt ad manutenenendum Aromatibus , & alijs rebus ad id necessarijs exquisitis , & optimis , eorum apothecas , & non alij ipsam artem exercere possint . Et insuper quod quicunque se se examini infra dictum tempus non subiecerit , seu apotecam non clauerit , & eoque non repertus fuerit idoneus , ut præteratur , penam quinquentorum scutorum Cameræ Apostolicæ applicandorum eo ipso incurrat , eisdem auctoritate , & tenore etiam perpetuo statuimus , & ordinamus . Necnon confirmationem , ordinationem , adiectionem , supplicationem statutum , & ordinationem presentesque litteras de subreptionis , vel obreptionis aut nullitatis vicio , seu intentionis nostræ defectu notari , vel impugnari , aut alia causa , vel prætextu suspendi , limitari , & revocari non posse , sed semper valida , & efficacia existere , suosque plenarios , & integros effectus sortiri debeare ipsosque Consules , & alios Aromatarios , & eorum quemlibet ad prædictorum obseruationem efficaciter obligatos esse , & ad id prædictis , & etiam alijs paenitentia arbitrio prædicti Auditoris imponendis , moderandis , & ut supra applicandis , cogi , & compelli , neque à supradictis yllatenus resilire posse . Ac ita per quoscumque Iudices , & Commissarios , quavis autoritate fungentes etiam Causarum Palatij Apostolici Auditore & Sancte Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis , & eorum cuiilibet quavis aliter iudicandi , & interpretandi facultate , & autoritate iudicari , & definiri debeare , ac quidquid secus super his à quocumque quavis autoritate scienter , vel ignoranter attentari contigerit irritum , & inane decernimus . Quò circa moderno , &

1911

A

pro.

pro tempore existenti causarum Curia Cameræ Apostolice generali Auditori praedicto per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios, praesentes litteras, & in eis contentas quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties per partes eorumdem Prothomedici, ac aliorum Medicorum Collegialium, & cuiuslibet eorum fuerint requisiiti solemniter, publicantes, ac eis eorumque cuilibet in præmissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant authoritate nostra dictos Prothomedicū, & alios Medicos Collegiales, & eorum quemlibet confirmatione, approbatione, adiectione, supplicatione, statuto, ordinatione, & decreto, alijsque premissis iuxta præsentium continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere non permittentes, eosdem Prothomedicū, & alios Medicos Collegiales de super per dictos Consules, & alios Aromatarios, aut quoscumque alios quomodo libet indebet, molestari, perturbari, aut inquietari contradictores quoslibet, & rebelles ac præmissis non parentes per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia applicatione postposita competendo, nec non legitimis super his habendis sententijs, processibus illos, sententias, censuras, & penas praedictas incurrisse declarando, easque etiam Iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstante præmissis, ac felic: recordat: Bonifacij Papæ Octavi Prædecessoris nostri de yna, & consilij generalis de duabus dictis dummodo ultra tres dictas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, & quibusvis alijs constitutionibus Apostolicis, ac

Dominum

iporum.



iporum Consulum, & Vniuersitatis Aromaticariorum fu-
ramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmita-
te alia, aut longitudine temporis, etiam immemorabi-
lis vel alia taciturnitate roboratis, statutis, ac consue-
tudinibus etiam ante a pænæ huiusmodi taxata, vel de-
bitæ exequitioni demandata, nunquam fuerint Priu-
legijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem
Vniuersitatis, & Consulibus sub quibuscumque tenori-
bus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoria-
rum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis
clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in ge-
nere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam itera-
tis vicibus concessis approbatis, & inuocatis. Quibus
omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de-
illis, corumque totis tenoribus, specialis specifica, ex-
pressa, & individua non autem per clausulas generales
idem imprefentantes, mentio, seu quævis alia expressio
habenda, aut aliqua alia exquisita fama adhoc seruan-
da foret tenores huiusmodi, ac si de verbo, ad verbum
nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata,
inserti forent præsentibus pro sufficienter expræssis ha-
bentes illis, alias in suo robore permansuris hac vice
duntaxat specialiter, & expræsse derogamus contrarijs
vel quibusuis alijs communiter, vel diuīsim ab eadem
sit de fede indultum, quod interdici suspendi, vel ex-
communicari non possint per litteras Apostolicas non
facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad ver-
bum de Indulcio huiusmodi mentionem. Datum Ro-
mæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die
12. Augusti 1570. Pontificatus nostri anno quinto &c.
Cesar Glorierius &c. & a tergo etiam anno à nativitate
Domini



Domini 1570. Inditione decimatertia die verò septima
Mensis Nouembris Pontificatus S. D. N. Pij Papæ Quin-
ti, anno Quinto &c.

R O M Æ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ
Apostolicæ, 1675.



R. 93979

Dominii 1740. In die obitum fratris Joannis die anno 1740. Iulij
Mense Nonagesime Fonsigiles S. D. N. P. B. P. Etiam Domini
et anno Genuino 80.

ΑΜΟΛ

Ex Typographia Reneriana Gallicana
Apologetica, 1727.

